

tipapis, eorumque fautores: sed in concilio Florentino sub Eugenio IV. Patriarcha, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, & alii Beneficiati, & Officiales, & Praefatus Graeci, eorumque Vicarii distincte in eodem concilio enumerati, admissi fuerunt nominati, & indifferenter agniti ut tales in inchoatione, suffragiis, decretis, & subscriptionibus concilii cum eorum titulis, & dignitatibus, ut patet legenti totum quartum par. l. cum decreto fidei ibirelato. Et tamen Graeci post reconciliationem factam anno 1270. in concilio Lugdunensi tempore Gregorii X. iterum deficientes, in suis erroribus, & schismate perstiterunt usque ad annum 1438. sub Eugenio IV. iuxta notata ibi ante A. ca. concilij p. 4. 11. ac proinde ex constitutione iuvari non poterant nisi illi, qui jam in schismate, & excommunicatione constituti, postea ordinati ad dignitates, & beneficia, promoti fuerunt ab aliis Graecis sive Patriarchis, sive Episcopis schismaticis; quibus spatio annorum 150. eorum Ecclesijs praefuerunt. At si legantur omnia A. ca. concilij nulla apparet nova collatio dignitatum, beneficiorum, & officiorum, quamvis tunc etiam in usu esset electio Patriarchae constantinopolitani diversi a schismatico, ut colligitur ex verbis Eugenii IV. relatis circa finem concilii: adhortans enim Graecos ad eligendum novum Patriarcham in locum defuncti patris: *Eum qui a me eligatur amovebo, efficiamque ut unus Patriarcha sit.* Imo in fine decreti fidei dicitur de quatuor Patriarchis, salvis omnibus privilegiis, & iuribus eorum: quod non est beneficia, & iura de novo conferre, sed praesentia supponere, & praeservare, cap. *Quia intentionis*, supra de privil. Idem patet in unione Armenorum; & recipiunt enim Procuratores Patriarchae Armenorum; & tamen initio Bullae astricti Eugenius: alius dissidiis lapsis noningentis, & amplius annis inveteratus auferretur; & tamen nil legitur de nova collatione beneficiorum facta Armenorum Patriarchae, vel alijs illius gentis. Idem patet in alia Bulla eiusdem Pontificis, *Comitate Domino, super unione Iacobinorum*, in qua nominat venerabilem fratrem nostrum Joannem Iacobinorum Patriarcham, & dilectum filium Andream Abbatem monasterij S. Antonij apud Aegyptum, & nihil de nova beneficiorum collatione reperitur. Ex quibus omnibus videtur colligi dignitates, beneficia, & officia etiam post schisma, & excommunicationem fuisse valide collata, alioquin in supradictis fuisset necessaria nova collatio.

103. Ceterum ad primam collationem huius tertiae oppositionis, respondetur, constitutionem concilij constantiensis principaliter edita fuisse, quia cum schismatici, & excommunicati jam in multis Orbis partibus permixti cum catholicis non excommunicatis degenerent; difficultimum, & fere impossibile erat ut in salutationibus, & colloquiis dandis, ac recipiendis litteris, habitatione, ac mensa non communicarent; & tamen de iure communi in his omnibus excommunicati vitandi erant, *glos. Doctores in cap. Statuimus, de sent. excomm. lib. 6. Holt. in summa, eod. tit. §. 20. Exquisita pena*, Theologi in 4. *dist. 18.* & passim canonizati, etiam atqueam fuissent specialiter denunciati, ut est casus in c. *cum non ab homine, de sent. excomm. dist. 18.* & dicitur est supra n. 74. & seq. Quod

104. citra controversiam habebat locum in notoriis:

nam dispositio cap. *Cum secundum de heret.* quo dicitur etiam in penis ipso iure impolitus requiri declaratoriam super facto, non procedit ubi crimen est notorium, cap. *Pervenit*, & ibi *Abb. de appellat.* & similiter dicitur est supra. Et propterea Concilium Lateranense novissimum in Constitutione *Ad evitanda*, superius relata, dum jubet vitari excommunicatos, etiam non denunciatos, quorum crimen est ad eod notorium, ut nulla possit tergiversatione celari, subjicit immediate illa verba, *iuxta canonicas sanctiones*: aperte inuens se in ea parte jus novum non inducere, sed jus antiquum innovari.

106. Et quamvis regulariter communicatio cum excommunicatis majori excommunicatione extra crimen non esset mortalis, sed venialis tantum secundum opinionem Holtien. in *summa, de sent. excomm. §. fin.* Jo. Andr. & aliorum communiter in cap. *Sacris de his que vi. S. Thomaz*, & aliorum Theologorum in ead. *dist. 18.* tamen de hoc dubitat Abb. in d. cap. *Sacris*. Et contrarium tenent multi ex antiquis Canonistis, quos refer. ibidem Jo. Andr. & Archid. in cap. *Rogo*, n. 93. & idem erat mortalis, quando etiam nimis frequens, secundum Jo. Andr. ubi supra, & Navarr. in *Man. c. 27. nu. 29.* Qui casus facile contingere poterat stante permixtione Catholicorum, & schismaticorum, & in hac Constitutio *Ad evitanda*, consulitur per omnia conscientijs timoratis habitanda Catholicos ad communicandum cum excommunicatis non denunciatis, quod ante Concilium Constantiense optavit fieri Jo. Andr. putans per d. *Cum secundum de heret. lib. 6.* non esse aperte delictum, ut excommunicatum, vel interdicitum a iure non teneretur vitare ante denunciationem, ut in sua *glos. 3.* in Clem. 2. in *fin. de sent. excomm.* Atque ita hodie satisfactum esse menti praedictae *glos. affirmat* in eadem Clem. 2. *Abb. num. 6.* & Felin. in cap. *Rodulphus, num. 39. vers. Sed de vera, de rescript.* Deinde difficultimum erat stante huiusmodi permixtione, ut Catholicis cum excommunicatis non participarent in divinis officijs, & alijs precibus; & tamen hoc tunc idem delictum erat a iure communi, cap. *Quod in re, de penit. & remiss.* adeo ut excommunicato Ecclesiam ingrediente ad orandum caeteri omnes tenerentur exire, aut precibus, aut vi eum cogere ad exendum, aliorum cessandum esse a divinis etiam Missae inchoatae, si nondum conceptus esset Canon. Clem. *Gravis*, & ibi *glos. inver. in expleta de sent. excomm.* Innoc. in cap. *Nuper, eod. tit.* Holtien. in *summa eodem §. Quae sit pena, vers. Sed nunquid*, S. Thom. in 4. *dist. 18.* Navarr. cap. 27. *num. 33.* Unde vix contingere potuisset, ut Catholici cum schismaticis permixti Missam inchoatam perticerent, divinique officijs, & orationibus tuta conscientia vacare possent; & in hoc similiter omnem scrupulum sustulit constitutio Concilij Constantiensis, habitando Catholicos ad participandum cum excommunicatis etiam in divinis officijs.

107. Ut superius dicitur, de necessitate huiusmodi denunciationis, ut Catholicis cum excommunicatis non participarent in divinis officijs, & alijs precibus; & tamen hoc tunc idem delictum erat a iure communi, cap. *Quod in re, de penit. & remiss.* adeo ut excommunicato Ecclesiam ingrediente ad orandum caeteri omnes tenerentur exire, aut precibus, aut vi eum cogere ad exendum, aliorum cessandum esse a divinis etiam Missae inchoatae, si nondum conceptus esset Canon. Clem. *Gravis*, & ibi *glos. inver. in expleta de sent. excomm.* Innoc. in cap. *Nuper, eod. tit.* Holtien. in *summa eodem §. Quae sit pena, vers. Sed nunquid*, S. Thom. in 4. *dist. 18.* Navarr. cap. 27. *num. 33.* Unde vix contingere potuisset, ut Catholici cum schismaticis permixti Missam inchoatam perticerent, divinique officijs, & orationibus tuta conscientia vacare possent; & in hoc similiter omnem scrupulum sustulit constitutio Concilij Constantiensis, habitando Catholicos ad participandum cum excommunicatis etiam in divinis officijs.

108. Ulterius quod pertinet ad Sacramenta excommunicatis administranda, eadem constitutio abstulit omnem scrupulum a conscientijs catholicorum, quatenus per illa verba in *Administratione*, vel *receptione Sacramentorum*: *habilitaverit catholicos Sacerdotes ad illa administranda excommunicatis*, non denunciatis; quod de iure

communi prohibitum erat sub mortali culpa, cap. *Engeltrudam, §. q. 4. Navarr. in Man. de 27. n. 29. & 30.*

In praedictis ergo tribus, & praesertim in primis duobus casibus, qui frequentissimè poterant contingere, praedicta Constitutio ex omni parte consultul timoratis conscientijs, & scandalis obviavit: neque enim in illis cadit consideratio rehabilitationis excommunicatorum ad beneficia obtinenda, quia ad hoc ut Catholicis non teneantur vitare excommunicatos, & possint illis Sacramenta administrare, manifestum est non requiri ut excommunicati habeant beneficium. Quo vero ad receptionem Sacramentorum non luberat tanta necessitas habitandi Catholicos ad illa recipienda de manibus notorie haereticorum, vel schismaticorum, quod valde abhorrent sacri Canones, cum possent illa recipere a Catholicis Sacerdotibus.

109. Satis est igitur, ut antedicta Constitutio, quae ut Felin. ait in d. cap. *Rodulphus, sub n. 39. de reser.* est multum correctoria juris communis, operetur effectum suum etiam respectu Administrationis activae Sacramentorum quoad illos tantum, excommunicatos, qui ante excommunicationem canonice adepti sunt beneficia curam animarum habentia, nec debet extendi ad rehabilitationem ad cathedrales, vel parochiales, de qua non loquitur ad ulteriores correctionem juris communis; quin potius expedit iura iuribus concordare, ut in simili Constitutione Concilij Constantiensis perpenderit Gemin. d. *conf. 88. num. 4. vers. Item cum Papa.*

110. Nec urget, quod in longo illo schismate cum plurimi obtinuerint dignitates, & beneficia ab Antipapibus, praedicta Constitutio non occurrisset periculis animarum, nisi revalidasset titulos. Tollitur enim obiectum, quia in eodem Concilio Constantiensi edita fuit alia Constitutio, per qua provisum in schismate a Gregorio, & Jo. Antipapibus fuerunt rehabilitati ad dignitates, & beneficia, ut deinceps vitium schismaticis vel excommunicationis eidem obijci non possit, ut referunt Gemin. d. *conf. 88. col. 1. vers. Nec obstat si dicitur*, & Paul. de Cast. *conf. 293. Ad confirmationem, sub n. vers. Nec obstat, lib. 1.* Unde cum satis provitum esset a Concilio periculis tunc imminentibus; in futurum, sedato scilicet schismate, nulla necessitas suadebat, ut habitarentur schismatici ad obtinenda beneficia curata ad hoc, ut de illorum manibus Catholici reciperent ecclesiastica Sacramenta, Quinimo Constitutio a Gemin. & Paul. de Cast. relata satis aperte indicat per Constitutionem, *Ad evitanda*; schismaticos non fuisse rehabilitatos ad beneficia quia alioquin si fuissent generaliter rehabilitati, non fuisset opus ut Concilium Constantiense per aliam Constitutionem eos spectatim inhabiliteret, ut superius dicitur est.

111. Et nihilominus eadem Constitutio, *Ad evitanda*, etiam quoad excommunicatos non habentes titulum Canonicum beneficii, vel provisos post excommunicationem potest habere officium suum respectu Administrationis Sacramentorum in aliquibus casibus, & praecipue in duobus. Primus est in articulo mortis: nam post Concilium Constantiense in eo articulo licet Catholico confiteri peccata sua cuiuscumque Sacerdoti notorie excommunicato, cum eo casu non requiratur ut Sacerdos sit proprius Parochus, sed omnes Sacerdo-

tes quoslibet poenitentes absolvere possint, ut in decreto Concilij Tridentini *sess. 14. cap. 7. de Casuum reservat. vers. Hanc autem delictorum reservacionem*. Et tamen iure communi inspecto Sacerdos notorie excommunicatus non potest valide quemquam absolvere etiam in mortis articulo. Ita enim in Sacerdote excommunicato, & denunciato jam pridem resolvit S. Congregatio Concilij secuta opinionem Magistris Sententiarum, S. Thom. & aliorum graviorum Theologorum, ut dixi in c. 1. n. 8. *sup. de Constit.* Ergo idem dicendum in notorie excommunicato, cum hi duo casus acquiparentur, cap. *fin. de cohabit. cleric. & mulier.*

112. Secundus casus est in excommunicationis provisione a Papa, quia cum in litteris Apostolicis provisionum ex stylo apponatur clausula absolutiois & censuris, huius clausulae virtute collatio parochialis facta excommunicato non denunciato valida est. Archid. in cap. *Nidius, num. 4. §. dist. & dicitur est supra num. 6.* ac proinde licet Catholicis ab eo recipere Sacramenta non obstante excommunicatione; idque in vim Constitutionis, *Ad evitanda*, cum alijs non liceret, quia praedicta clausula restricta est ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, & sic operatur habilitationem tantummodo ad parochialem obtinendam, non autem ad Sacramenta administranda.

113. Ad secundam considerationem respondetur, quamvis Concilium Constantiense non distinguit inter censuram ante, vel post beneficia; tamen debere sic distingui, quia quantumcumque generalis semper restringitur ad personas habiles, *Jas. ind. 2. §. Prator, num. 3. §. Si quis satis cogent.* & latius ostensum est supra n. 68. Item praedicta Constitutio restringi debet ut minus corrigat jus commune, Gemin. d. *conf. 88. ad fin. vers. Item cum Papa.* Item limitari debet ad tenorem verborum, cap. *Porro, de privil.* Quia lex non imprimi effectum suum, nisi in illas personas, quibus verba legis congruunt, & adaptantur, ut idem Gemin. inquit ubi supra n. 4. *vers. Cum ergo concurrant*, & not. Bar. & D. d. in l. 4. §. *Tories, ff. de damn. infect.* De rehabilitatione autem schismaticorum ad beneficia Constitutio nulla facit mentionem; imò nec de haereticis, vel schismaticis nominatim loquitur, nisi quatenus comprehenduntur sub nomine excommunicatorum; & tamen quod pertinet ad provisiones beneficiorum plurimum interest inter haereticos, & excommunicatos; quia excommunicati licet sint inhabiles, ad beneficia obtinenda, non tamen sunt privati beneficijs antea obtentis; ad haereticos non solum sunt inhabiles, sed etiam privati ipso iure etiam ante declaratoriam iudicis, quae in notorijs non requiritur, ut probatum est supra num. 92. & 104.

114. Unde cum Constitutio praedicta loquatur tantum de excommunicatis, non est nostrum eam extendere ad rehabilitationem schismaticorum ad beneficia, de qua non loquitur: Quod enim non est Sanctorum Patrum decreto sancitum, superstitiosius non est adventivionibus praesumendum, cap. *Inter corporalia, de translat. Episcop. cap. Constituti, §. 4. §. Nam si rehabilitationem comprehendere voluisset, quod de censuris dixerat; & de rehabilitatione poterat expressisse, ut legitur in d. cap. *inter corporalia*, in cap. *Ad audientiam, de Decim.* & in cap. *Maiores, de Baptism.* quod ergo in ea non reperitur concessum, ut prius in-*

115. tcl.







irrita, ut hic dicitur. Unde Petr. de Anchar. nu. 1. [Nota, inquit, quod carent iuribus quæ geruntur per schismaticos etiam si gerantur præ teltu publici officii: quod ergo dicitur in l. Barbarus. de officio. Prætor & cap. Consultationibus. de iure pat. habet locum in eo, qui dignitatem possidet bona fide: secus si est intrusus, ut schismaticus, quia tunc sibi non est respondendum de iuribus dignitatis.] Hæc ille. Et in terminis matrimonii post Concil. Trid. tradunt Moderricatus supra n. 80.

333 Requiritur secundo ad hoc ut valeant collationes beneficiorum factæ à Prælato putativo, ut beneficium quod confertur non sit reservatum, alioquin quamvis Prælati putativi conferat ratione publici officii non valebit collatio etiam facta persone aliâ nisi propter decretum irritas in reservatione appositum, quod inficit titulum, ac possessionem: ita tenet Rota decis. 20. de prob. in Antiquis, & decis. 4. eodem tit. in Antiquior. Aneas de Falcon. de reserv. 2. quæst. esset. 26. Simonetta in ead. tract. quæst. 44. Sed beneficia hæreticorum, quales sunt hodie Græci schismatici, sunt Sedi Apostolicæ reservata cum decreto irritante ex Constitutionibus Pauli IV. Pij V. & Gregorij XIII. relatis supra in 2. fundamento, nu. 66. ergo à Prælati putativi valide conferri non possunt, ac si conferantur, irrita erit collatio etiam facta non excommunicato, aut aliâ habili non obliante ignorantia, aut communi errore: ad hoc allego cap. Si postquam, cap. Dudum. §. Nos rigitur cap. Si beneficium, cap. penult. vers. Licet ab ignorantibus, de proben. in 6. cap. Tibi quis, de rescript. & cap. Si sub. vers. Nisi nos in gratia, de concess. prebend. eod. lib.

334 Requiritur tertio, ad validitatem gestorum propter communem errorem ut error sit communis etiam quoad eos, quibus beneficia conferuntur, vel sacramenta administrantur: nam respectu eorum qui sciunt impedimentum, non sustinetur gesta per Prælatum, vel Parochum putativum, ut satis colligitur ex d. l. Barbarus, ponderando litteram ubi, quamvis utatur, & ubi, propter utilitatem eorum, qui apud eum gerunt, puncta ratione glossæ in ver. effecerit, in fin. ne scilicet homines decipiantur: Ecclesia enim dum tribuit iurisdictionem habentibus titulum putativum succurrit errantibus tantum; unde ut in proposito inquit Abbas in cap. Ad probandum, n. 15. in fin. de re iudic. dignum est ut beneficium ignorantie non proficiat in tribus, & fuit dictum Jo. Andri. & aliorum in cap. 1. de rescript. in 6. & quamvis Ant. de Buttr. in d. cap. Ad probandum, n. 11. Imol. n. 6. Abb. n. 15. Felin. n. 8. & Alex. de Nævo n. 27 sentiant gesta per Prælatum putativum merito valere, etiâ quoad scientes impedimentum, sed esse retractanda in odium illorum: tamen absolute non valent gesta respectu scientis impedimentum consent in terminis d. l. Barbarus, Albertinus ibi n. 22. Millas in repet. in ver. Error communis, dicens hanc esse quamdam limitationem ad d. l. Barbarus, Felin. in cap. Rudolphus, n. 40. de Rescript. Decius in cap. Rescriptus, n. 39. vers. prædicta conclusio, eod. tit. Et propterea si aliqua Civitas reputetur communitate habere privilegium doctorandi, & in veritate non habeat, si aliquis hoc sciens ibi insignia doctoratus assumpsit, non erit doctor, quia communis error illi scienti non prodest, Brixien. in suo Repetitor. ver. Error, & post Felin. tradit

Dec. loco cit. Sed Catholici in Russia certè sciunt Ordinarios, & Parochos schismaticos non habere verum titulum Cathedralis, vel Parochialis Ecclesie, cum eorum schisma notorium sit: ergo communis reputatio Catholicis non prodest quoad validitatem matrimonii.

335 Requiritur quarto, ad validitatem eorum, quæ sunt à Prælato putativo, ut error communis facti, non autem juris; nam in d. l. Barbarus, ff. de offi. Prætorum, ille servus credebatur liber, & sic factum servitutis ignorabatur; idem patet in cap. Infamis, vers. Noverunt amen, 3. q. 7. ubi, si servus cum putaretur liber, ex delegatione sententiam dixit: at hoc casu esto sufficeret communis error schismaticorum, nec requireretur etiam Catholicorum: tamen schismatici non ignorant factum, id est Vladicas, & Popones Ruthenos esse præcios ab unitate Ecclesie Romanæ: id enim est notorium, nec ab ipsis negatur; sed ignorant jus, quia falso credunt eos esse catholicos habere titulum, & posse ritè, & rectè sacramenta administrare, At qui refugit animum, & Ecclesia velit fovere hunc errorem hæreticorum, & eidem errori in mixtilis tribuere iurisdictionem ad beneficia conferenda, & sacramenta administranda: ad hoc allego Federic. de Senis cons. 137. N. 10. & examinatio, sub n. 2. vers. fuit salvo: ubi ex facto consuluit valere acta, & gesta per ministrum excommunicatum, & irregularem; si tamen communitè reputabatur, & habebatur, & tenebatur à Prælati, & subditis provinciæ non excommunicatis, nec irregularibus, & omnia faciebat tamquam Prælati integri status eo quod ignorabatur, seu errabatur in facto; secus verò si opinio, & reputatio communis habuisset ortum ex errore supino, eo quod idem minister asserebat se non esse excommunicatum, cum esset excommunicatus; vel ad excusationem facti damnati allegaret se habuisse licentiam à non habente potestatem illam concedendis: quia tunc reputatio communis ex facultate procecdens non prodest ad validitatem gestorum.

336 Facit quod notat Petr. de Anchar. in d. cap. Nihil, q. 4. in fin. de elect. ubi ait valere gesta per Prælatum putativum, quamdiu toleratur: secus si esset notorium eum esse suspensum per cap. Veritatis, de dol. & contum. cap. Ad probandum, de re iudic. & cap. Verum, 32. dist.

337 Respondetur secundo, conclusionem illam, quod gesta à schismaticis, & excommunicatis, & in specie collationes beneficiorum sustinentur ob communem reputationem, habere locum dumtaxat respectu Prælati collatoris, non autem respectu subditi collatarij. Ratio diversitatis est, quia Prælati content publici officij auctoritate; cuius ratione valent gesta propter publicam utilitatem, at hæc ratio cessat in subdito; quia beneficium assequitur ut privatus, non autè auctoritate alicujus publici officij. Colligitur hæc distinctio ex Innocentio in cap. Cum dilectus, de consuet. ubi tradit generalem theoriam, quod in his, quæ non geruntur ratione publici officij, nulla est differentia inter excommunicatum publicum, & occultum, quod ipsum voluit Jo. Andreas in c. 1. de rescript. lib. 6. & Calderinam cap. Ad probandum, de re iudic. quos refert, & sequitur Abbas ibi num. 12. & 13. & satis probatur secundum eum in dicto cap. Cum dilectus, & cap. Cum inter R. de elect. ubi electio facta distinctione inter publicos & occultos:

culos; nam in istis cessat ratio publicæ utilitatis, neque enim Canonici eligunt iure publico, sed prosequuntur jus suum proprium, ut per eum: sed melius ad propositum nostrum probatur in cap. Postulasti, de cler. excommunicante, & in cap. 2. §. Hæretici, de Heretic. lib. 6. ubi collatio beneficii facta excommunicato, vel hæretico est ipso iure nulla, nec distinguitur inter publicum, & occultum: unde collationes factæ etiam occultè excommunicatis, hæreticis, vel schismaticis esse irritas, satis probatum est supra in 3. fundamento n. 73. Quamobrem esto in Episcopis Ruthenis concurrant omnia requisita, de quibus supra in prima responsione ad hoc ut collationes Parochialium ab ipsis factæ sustineantur titulo putativo, & consui errore: hoc tamen non procedit si collationes fiant schismaticis, & excommunicatis; quia respectu impetrantium error, seu reputatio consui nihil operatur.

339 Opponitur quinto, solemnizare matrimonium non est actus iurisdictionis, nec Ordinarius, aut Parochus illi assistit tamquam minister, ut in aliis sacramentis, sed præstat nudam præsentiam tamquam testis, authorizabilis, Rota decis. 70. num. 1. par. 1. dist. & aliâ censuit S. Congregatio Concilii Ergo etiam si Episcopi, & Sacerdotes schismatici carerent potestati iurisdictionis; non tamen videntur impediri, quin possint interesse matrimonii ut testes.

At facilis est responsio; quia quamvis Ordinarius, vel Parochus assistat matrimonium tamquam testis; requiritur tamen pro forma ut sit Ordinarius, vel Parochus ad præscriptum d. c. 1. sess. 24. de reform. alioquin si sufficeret quilibet testis, etiam non ordinarius, vel Parochus, Concilium non dixisset eorum Ordinarii, vel Parochi, & duobus testibus. Requiritur ergo ex Concilio ad validitatem matrimonii, ut non solum illi assistant duo testes, sed præter illos etiam alius testis authorizabilis, qui sit Ordinarius, vel Parochus: at Episcopi, & Sacerdotes Rutheni nec sunt Ordinarii, nec Parochi, cum titulum canonicum non habeat Cathedralis, vel Parochialis Ecclesie, ut late ostesum est supra: ergo matrimonia valide solemnizari non possunt.

340 Opponitur denique in Bulla Clementis VIII. Sanctissimus Dominus, in instructione super aliquibus ritibus Græcorum, posteaquam actus fuit de Græcis catholicis, & etiam schismaticis, ut ex contextu patet; tandem in §. generaliter statuitur, ut Ordinarii matrimonia inter Græcos dirimi, seu divortia quoad vinculum fieri nullo modo permittunt; & si quæ de facto præcesserunt, nulla, & irrita declarent. Quæ Bulla cum sit edita anno 1575. annis 30 & unum post Tridentinæ Concilium, alterum videretur supponere, scilicet vel decretum Concilii Græcos non obligasse, vel valida fuisse matrimonia etiam celebrata coram Præsulibus Græcis: quamvis enim fuerit Græcorum error de matrimonii dirimendis, ut patet ex Concilio Florent. tamen si decretum Tridentini etiam schismaticos ligat, & præsentia eorum Prælatorum non sufficit, jam fuissent eo tempore nulla, & irrita ex vi Concilii eorum contra: & proinde divortia non essent, ut Pontifex præcipit, irrita declaranda. Quod si divortia declarentur irrita utique matrimonia valida, & firma quoad vinculum supponi necesse est.

Prosp. Fagn. in I. par. 5. lib. Decretal.

141 Sed huic objectioni responderet Constitutionem Clementis non esse intelligendam de matrimoniis schismaticorum, sed catholicorum tantum: nam cum Clemens per totam illam Constitutionem præscribat ritus à Græcis observandos, præcipue in sacramentis: non est credendum ejusmodi ritus præscripsisse Græcis se iunctis ab unitate Ecclesie, qui Latinos ritus abominantur, ut in c. Licet Græcos, supra de Bapt. & de quorum ritibus non est curandum quamdiu persistant in statu damnabili hæresis, & schismatis. Quinimo in §. 4. declarat non esse admittendos Episcopos schismaticos si ve pro ordinibus, si ve pro alijs sacramentis conferendis, & in §. 6. Presbyteros sæculares, abjuratis schismate, & erroribus, atque in Fide catholica bene instructos in Parochialibus, vel Curatis Ecclesijs Græcorum bene instrui possunt. Quomodo ergo licere possunt ex hac Constitutione, ut valeant matrimonia coram Ordinario, vel Parochio schismatico, si Constitutio interdicat Episcopos schismaticos ad sacramenta admittendum, neve Presbyteri schismatici instrui possint in Parochialibus, nisi posteaquam adjuverint schisma? Præterea quatenus eadem Constitutio dicit prohibet ne divortia fiant quoad vinculum, loqueretur etiam de matrimonijs schismaticorum, utique intelligenda esset tantum de matrimonijs celebratis in illis Parochiis, in quibus decretum de forma matrim. publicatum non esset. Tunc enim valida sunt matrimonia etiam clandestina, nec sunt dirimenda, ut ibi statuitur; non autem de contractis in Parochiis, in quibus ejusmodi decretum fuit publicatum. Tunc enim ad eorum validitatem requiritur præsentia Parochi, quam exhibere non possunt schismatici, qui Parochi non sunt, ut dictis constat; & propterea Clemens ibidem mandat Episcopis ut jurent in singulis Parochiis Græcorum publicari decretum Concilii Tridentini de reform. matrim. imò ex hac Constitutione deduci potest validum fundamentum pro hac sententia: nam si Græci schismatici potuissent instrui in parochialibus in vim decreti Concilii Constantiensis cur Clemens de lasaret eos non posse instrui in parochialibus nisi abjurato schismate? Alterum ergo necesse est fateri, id est aut schismaticos non fuisse habitatos ad parochiales obtinendas per Concilium Constantien. aut si habitati fuerint, illius dispositionem sublatam fuisse per hanc posteriorior contrariam Constitutionem Clem. VIII. secundum ea, quæ de Constitut. Pauli IV. & de Concilio Lateranen. dicta sunt supra in 2. & 3. fundamento nu. 66. & 72.

143 Ex quibus omnibus, ut initio diximus, verius videretur matrimonia Catholicorum contracta coram Popis Ruthenis nulla, atque irrita esse in eorum parochiis decretum cap. 1. sess. 24. de reform. matrim. publicatum fuerit. Cæterum an ita sit, necne, cum pendeat ex facto, ad iudicium nostrum non pertinet; sed ipse Archiepiscopus Leopoliensis diligenter dispicere debet. In quo tamen duo præcipue erunt illi animadvertenda. Alterum quod ad hoc ex sententia Sacre Congregationis Concilii decretum publicatum fuerit in Synodo provinciali; sed absolute requiritur ut fuerit publicatum in singulis parochiis, quemadmodum Sancta Synodus præscribit Alterum quod eadem Sacra Congregatio declaravit præsumi publi-